



6 Gene 34

ARCHIVÉS DE LA GRANDE CHARTREUSE



A-5
71 a


CHARTREUSE de CURRIÈRE

✻ Domus Curreria ✻

(PROVINCE DE CHARTREUSE)



Manuscrīts du Ven. Père Dom Palémon BASTIN



Cartusia Corerice In Delphinatu et Diocesi Gratianopolitana.

Sita est in montibus majoris Cartusie intra ejus limites, et ab eadem, versus Occidentem, una circiter leuca distans; fundata anno 1296 (non 1212 ut perperam, habet Corerius in historia Delphinatus) ab Amblardo de Interfontibus tunc canonico et Prorectore Ecclesie ~~hujus~~ Catharines prope Aquam bellam, postea Episcopo Maurianensi. A plerisque modo nominatur Cureria a verbo gallico Carrières, sed in chartis capitularibus et cartulario Cartusie (prout constat ex notis V. P. D. Joannis Chauvel Dubos qui legit Coureria, Coureria, Corriera sed saepius Corerica) aliis que vetustis ^{libris} ~~notis~~ ^{semper} Corerica dicitur. Verum, si Cureria siue Corerica scribendum sit, hoc nomen a loco montis agnominis retinuisse asserit Molinus, qui praeterea vult hanc Curerice (sic enim legit) Domum alteram, esse ex duabus Cureriis quas ~~hujus~~ Hugo Episcopus Gratianopolitanus arvicinis nobilibus obtentas nostris Patribus adquisivit. Quod ipse Molinus profectus excepisse ex primo cartulario Cartusie pag 83 in litteris prolati ~~hujus~~ Proculis: quarum fragmentum prout subiicimus huc historice inseruit:

C'esta proterita etc... Anno itaque ab incarnatione Domini 1129 mense februario misimus fratrem Ademarus ad Bonifacium de Mirabello filium Humberti qui libens cum filiis suis Amedeo et Humberto concessit tradiditque praedictas Curerias habitatoribus Cartusie praesentibus et futuris sub testimonio Petri Humberti patris sui monachi, et Anselmi de Voissen et Petri Sigibodi militum, et Sigisfredi ejusdem Bonifacii procuratoris. Tunc quoque ad fratres de Voirione Bornonem, Ademarus et Amedeum qui et ipsi similiter libenter fecerunt. Sed et ad Colmonis Dominos Humbertum de Bozose et Berlionem, et Gaudredum de Moirence pargens accepit similiter ab eis praedictorum locorum perpetuam donationem sub praesentia Petri de Bozose et Gontardi de Mirabel militum, Gwillelmus quoque et Hugo de Martel quidquid ibi juris habere poterant, eodem fratre Ademaro petente nobis donaverunt. Sed et Ademarus et Humbertus Paganii filii quae mansuerant concesserunt. Hujus fratres Ademarus et Gwillelmus de Martello, Bernardo Abbate Caleniensi quidquid habebant ibi donaverunt: quorum donationes praedictas Abbas quantum melius intelligere potuimus nobis donavit, recepitque a nobis tres solidos Viennensis monetae, quos Gwillelmus de Martello dederat in inferiore domo sub praesentia fratrum Hugonis monachi, Lethardi ~~conranni~~ (forte conversi) Otmani

)

i

an

li

a

4

et his contenti ad Amedeum comitem misimus qui et ipse et quod illi proprium habebat
libentissime donavit, et ceteras donationes nostra auctoritate confirmavit sub presentia Girardi
Prioris S^{ti} Georgii et Mathaei quodam comitis cancellarii. Abbas etiam S^{ti} Thoderii mona-
chi omni monacho consilio (in parochia quippe S^{ti} Laurentii quae ad eos pertinet et sita est locus)
tam decimas quam etiam quidquid ad parochiale jus spectat, nobis libenter donavit
sub presentia Amedei de Voironne et Ademari Gimmiterii et Berlionis Girardi. »

Hic sine dubio (addit Molinus) agitur de domo Curesiae quae in parochia S^{ti}
Laurentii de Ponte sita est, cum montibus a quibus domus et grangia de Currette nomen
acceperunt; nec tempore hujus primae donationis Certusia aliquid possidebat in illa paro-
chia, neque in his montibus. Sequuntur item litterae Petri Humberti Prioris S^{ti} Mauricii
de Maubello patris supra dicti Bonifacii, in quibus ostenditur quem admodum antiqui
benefactores et adiutores C^{ur}stusie (semper loquitur Molinus) monachi Casae Dei, quod in
ipsa terra juris habebant, donare nobis. Habebant autem illi quod quondam Humbertus
de Maubello pater Petri Humberti et Bonifacii pro sua portione eis donare potuit.

Litterae Petri Humberti

¶ Domnis suis Reverendissimis Guigoni Priori Certusiae et Hugoni (hunc /uisse S^{ti} Hugonem vult Molinus)
ceterisque fratribus ejusdem loci Petrus Galiffigi mundo, vivere Christo. Sicut injuste petentibus
nullus est tribuendus locus et effectus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio. Verum
igitur in Christo Patres sanctissimi petitionibus annuens, consilio Petri Prioris Cornilionis et Petri
monachi mecum manentibus et totius familiae nostrae, utriusque Curreniam, majorem scilicet et
minorem usibus vestris profuturam, nobis dono et perpetuo possidendam, concedo. Et ut hoc
donum stabile /ermis que permaneat, sanctitati vestrae me ipsam commendo, quidquid beatorum
vestra decreverit in omnibus exequendo. Statum vestrae Religiois omnipotens conservet,
et ut orationum vestrarum proceribus me sublevetis inspiret. His omnes praescriptas donationes
sive querspitiones ego Hugo Gratianopolitanus episcopus ex parte Dei et nostra ad utilitatem
fratrum Certusienium laudo, et cum sigillo nostro in perpetuum ratas esse confirmo. » In l^o Cert-
usiae pag. 83. v. 165.

Cum igitur prius Fundator Ambardus unam domum ordinis erigere
decrevisset, locus unus ex praefatis coneris a Beate Ordinis generali petit et obtinuit, congre-
gato propterea pro more huius temporis Capitulo privato /eria 4^a post festum B^{te} Martini
anno 1296, cujus Capituli assensus sub sequenti tenore a Molino refertur:

•
•
•
•

Notum sit omnibus presentem litteram inspecturis quod anno Domini 1296 feria quarta post octavam B^{ti} Martini, Priores Cartusie, Portarum, Laubiarum, Sylve Benedicte et Montis membe, una cum conventu Cartusie propria Capitula congregati ordinaverunt, voluerunt et consulerunt quod Prior et conventus Cartusie recipiant et acceptent elemosynam et donationes quam vir venerabilis Dominus Amblardus de Intermentibus presentavit Ordini et domui Cartusie supradictae, et quod prius precibus condescendant de loco ei communicando infra terminos suos, et de domo edificanda in eodem loco, scilicet comenise, et perpetuo tenenda, sicut ipse Dominus Amblardus devotissime cum magna instantia postulavit. Et quia dignum est gratis responderi, pro loco quem dictus Prior et conventus Cartusie ad dictum opus communicabunt, et pro labore non modico quem pro dicto opere sustinebunt et periculo expensarum quod nisi Deus avertat in sustentationem domus poterunt sustinere, et potissime hac de causa, ut in dicto loco religio arctius et melius observari valeat tam in capite quam in membris, dispensatum est de gratia speciali et ordinatum et concessum, per predictam Capitulum, prius dictum, quod in dicta domo fundanda, et ipsa cum fuerit fundata semper Prior Cartusie qui pro tempore fuerit Priores, instituat, et de consilio conventus sui, cum iustum et expediens sibi videbitur, amovere valeat, et semper plenam visitationem et correctionem ibi habeat tam in capite quam in membris. Et nihilominus dicta domus subdit Capitulo generalis processionem faciendo, et sicut ceteri Priores Ordinis obedientiam promittendo, et subditas sit visitationibus Ordinis generalibus, sicut et totus Ordo. Et hospites ad eam nisi a Priore Cartusie non valeant destinari. In cuius rei testimonium et munimen Nos predicti Priores sigilla domorum nostrarum presentibus dedimus apponenda. Datum, ut supra... (la 12 Cartulario n^o 235. signat. Kl. pag. 159.)

Statim ut talis potestas data fuit Bosoni, per eum et conventum Cartusie, ut prius eorum vicini votis annuerent, ipsi locus in superiori Curvenio territorio assignatus, in quo sita erat quaedam grangia, ubi novam Ordini domum construeret. Verum, quia devotus noster Amblardus Ecclesie suae Aquobellae officiis plurimum intentus, et circa talia aedificia minime expertus, hoc opus commodè aggredi non poterat, Prior Cartusie qui modum in talibus aedificiis observandum melius noverat, curam demandavit, quae vult completa esse infra quinquennium; recepto ab eodem fundatore certo pretio, pro quo tam Ecclesiam, decentem, cellas et alias domos necessarias, libros, calices, ornamenta et alia habitatoribus ibidem necessaria compararet; pro quibus omnibus complendis et providendis promittit dare nulla

et quingentas libras apud Chamberiacum, per terminos infrascriptos, videlicet in festa Purificationis proximo futuro an. 1297 centum libras; in festa Paschatis centum; in festa S^{ti} Joannis B^{ap}te centum; et sic exinde successive anno quolibet revolutis usque ad plenam solutionem dictarum mille quingentarum librarum. Dato sunt littere fundationis anno 1296 septimo kalendas Decembris et referuntur, et asscrit Molinus in 1^o cartulario signatoe K. 25 numero 134 pag. 157. —

Asscrit R. Boson manumque operi cum tanta diligentia adhibet ut ante dictos quinque annos haec domus perfecta tredecim monachis domicilium proboverit. Nonnulli volunt, inquit Molinus, Bosoni ex illis 1500 libris ducentas supposuisse quas inde Amblardus restituerit: quod non credi potest, cum centum duntaxat libris pro termino tributis, Patri nostro, post diximus, munus imposuerit, et calices, ornamenta, libros uniusque domus fabricam, pro tredecim religiosis extrueret. Et quia parum esset domum et sedesiam edificari et monachos institui, nisi haberent unde possent sustentari; Deo idem Amblardus promittit pollicitetur dare, assignare et assignare recipienti et stipulanti ducentas libras Viennenses monetas Sabaudie annui redditus pro sustentatione dictorum Religiosorum. (In cart. pag. 158 sub littera K. 25.)

Qui fundator volens promissa adimplere, in assignamentum centum librarum de dictis ducentis, dat imprimis quamdam petiam terre et vinee continentem, circa quadringentas passoratas cum grangia vocata Fauras cum nemoribus, castanetiis aliisque censibus. Cujus donationis instrumentum habetur in 2^o cartulario pag. 257 sub littera P. n. 175, ex quo V. S. Joannes Chauvet sequens excipit fragmentum.

Anno Domini 1299, 2^a dictione 18^a, 12^o kalendas februarii cum v in venerabilis Dominus Amblardus de Interfontibus proce^(a)ntor P^{ro}curator P^{ro}curator Catharinæ prope Aquam bellam, tenetisset assignare et assignare viro ven^{to} et religioso Domino Priori Cantusie ducentas libras Viennenses annui redditus pro sustentatione monachorum et aliorum servitorum possessorum et p^{ro}videndarum in domo religiosa Corarie ordinis Cantusie prout hoc plenius continentur in quodam publico instrumento confecto per me notarium infrascriptum. Merito idem Dominus Amblardus volens adimplere promissa, gratis in assignamentum et solutum centum librarum Viennensium annui redditus de dictis ducentis donat assignat et assignat de mero p^{ro}prio

(a) In his patet Amblardum nondum fuisse episcopum, licet Molinus credat eum circa annum 1295 ad episcopatum fuisse electum.

5
et franco allodio, viro ven^{li} et Religioso S. Simeoni Priori Dico^{re} S. Corvise presentis etc.
... res, bona, jura, servitia infra scripta; imprimis videlicet quondam petiam, forse et vinea
continentem circa 400 fossoratas cum quadam grangia: quae omnia contiguae sita sunt
apud Tauras juxta viam publicam, ex una parte et juxta diluvium, ex alia etc.... Item
quoddam nemus sive castanetum situm in eodem territorio juxta etc.... Item tres Weys-
sells pumentis ad mensuram etc.... Item directum dominium rerum omnium, pro quibus debentur
servitia supra dicta (quae sunt 9 Weyssellorum pumentis). Item quicquid habet, tenet, possidet
et quae sibi debeantur in toto territorio de Tauras etc.... Actum Chamberiaci in domo dicti
Sⁿⁱ Amblardi, ubi testes interfuerunt religiosi viri S. Guichardus Prior S. Martini monasterii
ordinis Cantuariensis etc.... 15

Anno 1306, cum tunc esset Amblardus Maurianensis Episcopus, assignavit domui
suae Curvise undecim libras quindem solidos et tres denarios in diminutionem centum
librarum restantium de Ducentis promissis, ex antiquo repertorio R. 27. apud Molinum

Denique anno 1308 quindeimo Kalend. maii meum condidit testamentum, in quo
inter cetera legavit Curvise pro redivitis acquirendis usque ad profinitatem, nam fundationem
onem octingentas libras Viennenses, ex quibus Prior Corvise multas paulo post acqui-
sit possessiones circa grangias Villette et Foresta et Sanctum Laurentium. Proterea
eodem testamento legavit Capitula Gen^{li} mille libras Viennenses pro censibus acquirendis,
a quo necesse centuplum accipere, id est tricentum annuatim perpetuum, quod per totum ordinem
singulis annis celebratur circa festum B^{ti} Marci Evangelistae circa quod festum obierat
ut patet ex charta Capituli Gen^{li} anni 1308, in qua ejus obitus his verbis denunciatur:
« Octavo Kalendas Maii obiit S^{ns} Amblardus Episcopus Maurianensis qui habet plenam monasteria-
tum per tot. ordinem pro domo Corvise quam fundavit, et conceditur ei tricentum annuatim per tot. ordinem
singulis annis tanquam beneficium faciendum... » Ex his patet eum obisse in Episcopatu, unde
arguuntur Samus archiepiscopus qui dicunt Amblardum rexisse eandem Ecclesiam annis 1300 et
ei successisse Agmonetum anno 1303, nisi forte Amblardus qui proceperat anno 1300 alius
sit a nostro fundatore quem praedicti auctores non noverunt.

De quibusdam Benefactoribus Domus Corvise.

Amedeus V. Comes Sabaudiae huic domui dedit maladeriam de Crocyx cujus

donationis
litterae extant in 2^o Cartulario pag. 126 n^o 148, signatae g. 173. In quibus sequentia exscrip-
sit V. S. P. J. Chauvet:

« Nos Amadeus Comes Sabaudiae etc. Damus religiosi viro fratri Jacobo Vetone
Priori religiose domus Ceresiae in Chaderia, ^{fratris} Stephani de Crocys cuius donatio et collatio
ad nos pertinet et pertinet ab antiquis: quae cum nris appenditiis et pertinentiis sita est infra
finis mandamenti castri nostri de Saluone inter Ecclesias ^{fratris} Stephani de Crocys et ^{fratris} Apri etc.
.... nichil juris etc. in dicta maladeria retinendo proterquam quinque solidos Viennenses
annuos quos pro bona guardia conseruimus ibidem percipere ab antiquis etc. Salvo iure
quod in praedictis habet ^{fratris} Thimbertus de Paladru Canonicus Viennensis cui praedicta collatio
pertinet quoad in fuerit in huiusmodi. Et salvo quod in ea accipiantur Leprosi prout ^{fratris} Baertenus
extitit observatum etc. et vice versa dictus Prior Ceresiae attendens etc. Dabit et ipsius
familiae participationem etc. et specialiter concedit, vult et ordinat quod unus de monachis sacer-
dotibus domus praedictae sit ibidem pro dicto ^{fratris} Dno Comite et suis qui pro eodem serviat Deum et
missas de B. celebret vel alius monachus pro eo, quot et quales modus et devotio Ordinis
Cartusienensis praestatur etc. Concedit etiam eidem ^{fratris} Dno Comiti post diem obitus sui tricen-
narium plenum videlicet triginta diebus continuas missas pro defunctis specialibus, et totum
officium defunctorum, et anniversarium pro eo et suis faciendum perpetuum in domo Ceresiae etc.
.... Datum in castro nostro Chamberiaci die 12 Julii anno 1315.

Guithenonius in hist. sebustiana Dissertans de anno quo Iussae ante Rhodum profligati
sunt auxilioperebantur ^{fratris} Agnetibus ^{fratris} Joannis Amadeo Comite, quem auctores dicunt Rho-
dum, obsidione exemitte alii an. 1310. alii 1308. omnes quidem in Augusto; ipse vero
putat hanc eadem evenisse anno 1315. nulla praeter auctoritatem aut conjecturam, nisi quod
non repererit Amadeum aliquid egisse eodem anno in Sabaudia, quam ideo tunc ab ipso exis-
timat, ac proinde Rhodum contra Iussae profectum fuisse, urbemque obsidione liberasse
in Augusto. Sed si Chamberiaci moratus fuerat eodem anno in Julio, et constat ex ipsa scriptio-
ne litteris, quomodo in Augusto sequenti tam proclaram famam patiare potuerit? Haec igitur quae
Discretae occupationes scriptores, nos ad nostra redeamus.

C. Wilhelmus Episcopus Gratianopolitaniensis laudavit et approbavit donationem
praefatam factam a ^{fratris} Dno Amadeo Comite, nolentes, inquit, dictum ^{fratris} Dnum Comitem, ullatenus
impedire quatenus ad nos jure ordinario pertineret de dicta maladeria ordinare. De qua
confirmatione dedit litteras apud V. Helarium 24 Julii an. 1315, quas etiam postea confirmavit

—

11

۵۴

THE

4

• :

er.



■

45

4

46

3

—

—

1

...

4

Laurentius Episcopus copis anno 1484 die 9 augusti datis literis Gratianopoli.

Humbertus Velone de Scalis fundavit missam de B^{te} M^a qualibet die in hac domo pro qua dedit centum solidos grossos buronenses cum d. retundum anno 1326. pro se et uxore sua et aliis pro quibus intendebat. Et quod unus monachus esset quotidianus intercessor pro eis ad Dominum, et quod his beneficiis associaretur quidam monachus de domo s^{te} Crucis in Passis. Vivebat eodem tempore in domo Sylve quidam monachus dictus Humbertus de Vetone, fors an filius hujus benefactoris.

Guillelmus Burdini de Voironne fecit donationem de duobus bichetis p^{er}mentis, 22 denariis et una gallina super Bonis dictae malederie de croceys anno 1322. —

Faleo Bernardi dedit quoddam molendinum et Baptitorum subus malederie, 2^{te} Aprilis in aqua Morijole anno 1333. —

Aymo Comes Sabaudie super dicti Amodei filius hanc domum protexit et anno 1333, 27 novembris quasdam dedit litteras in favorem ejus:

« Aymo Comes Sabaudie etc... quia nos dilectos viros Religiosos Priorem et conventum religiosae domus Cenerie ordinis cartusie opprimi volumus vel gravari, sed potius gratiose prosequi et ab omni lesione tueri, tibi districte precipimus etc... et maxime quia quasdam plantulas arborum quas habent apud Tauras prope tuam grangiam, paras sciendere sicut audierunt, tibi inhibemus expresse etc... Datum Chamberiaci ut supra. »

Petrus de Cordone sacerdos fundavit unam missam de defunctis dicendam omni die quo fiet celebrare de missis.

Helyanus Franciscus et Joannes fratres viros Artenses pro quibus decimus monachus hujus domus missam celebrare tenebatur, et si decimus non esset, alius facere funerebatur.

Guionatus Maribus quoddam bona dedit ut vicarius hujus domus missas celebraret quotidie in capella quam ipse Guionatus edificaverat.

Guillelmus de s^{te} Andrea pro quo in missa pro benefactoribus in qualibet hebdomada celebranda dicebatur oratio Deus cui proprium in singulari.

Jacobus Barrucherii habebat orationem Deus cui proprium in missa de B^{te} M^a quae quotidie celebrari debet.

Bona quae ex elemosynis prefatorum benefactorum provenierant ita parva erant, ut anno 1388 domus ad paupertatem redacta auctoritate capituli gen^{li} domini Cartusiae incorporata est ut in catalogo Priorum dicemus, cumque post hujusmodi incorporationem

3

2

1

2

Handwritten mark

2

3

quatuor monachi ex dictis bonis non possent sustentari, nec sufficerent ad beneficia spiritualia reddenda juxta fundationes, ea R^{mus} P. S. Bonifacius moderatus est anno 1409, ut ex sequenti scripto et instrumento:

« Notum sit omnibus presentibus et futuris quod cum temporibus retro actis quidam Priores et conventus domus Corerice Ordinis Cartusienensis minus discrete obligaverint se et suos successores ad quoddam onera spiritualia pro certis personis benefactoribus dictae domus perpetuo exolvenda, maxime pro Humberto Vetone et uxore sua et aliis de quibus intendebat ad dicendum, quatuor in missa B. M^{ae} collectas, Inclina: et quod unus monachus esset quotidianus intercessor pro ipsis ad Dominum; et quod his beneficiis associaretur quidam monachus praedicti ordinis de domo S^{ae} Crucis et suis. Item pro Domino Petro de Cordone sacerdote omni die quolibet celebrare de mortuis ad dicendum, unam missam defunctorum pro ipsis et pro quibus intendebat. Item pro Hebyano, Francisco et Joanne fratribus vicibus Artensibus concesserunt quod decimus monachus dictae domus Corerice intercederet pro ipsis continue et missam celebraret; et si decimus non esset, unus alius facere teneretur. Item pro Guioneto Marchio quod vicarius hujus domus esset perpetuo monachus dicti Guioneti ad quatuor die intercedendum, et missas celebrandum pro eo in capella ipsius Guioneti. Item quod in missa benefactorum diceretur oratio Deus cui proprium pro Guillelmo de S^{ae} ANDREA in singulari, videlicet in quolibet ebdomada. Ex quibus beneficiis dictae domus nimium onerata tam propter paucitatem monachorum, quam alias a multis annis praeteritis beneficia praeterita distulit exolvere, quod vergere videretur in eorum periculum non modicum, qui ad ea sunt obligati, et in damnum animarum praedictorum benefactorum. Hinc est quod R^{mus} in X^{to} Pater S. Bonifacius Prior majoris domus Cartusiae et dictae de Corerice eidem unitae, praemissis omnibus pensatis diligenter, cupiens onera dictae domus reddere portabilia, capitulum gen^{ti} auctoritate sibi concessa ordinavit de et pro praedictis omnibus orationibus quod amodo quolibet sacerdos dictae domus in omni missa quam celebrabit in privatis teneatur dicere pro omnibus superius nominatis defunctis et pro suis orationem, Inclina in plurali. Item quod in missis mortuorum quae dicuntur in conventu dicatur oratio praedicta pro eisdem, quod si dicta oratio Inclina esset dicenda in dicta missa conventuali, tunc dicatur pro praedictis oratio Deus cui proprium in plurali; quod si ambobus dicendae essent in dicta missa ex alia causa, tunc tertio loco repetatur oratio quae prior dicta fuerat sive Deus cui proprium sive Inclina

ha

s

+

m.

s

el

h

s

es

m

h

h

h

c

h

h

pro praedictis Defunctis. Item quod secundum ordinis instituta missa de B^{te} M^{ae} quoties de dicatur
pro praedictis Defunctis extra conventum, in qua dicatur oratio praedicta scilicet Deus cui proprium
in singulari, et in plurali pro Somno Jacobo Barrucherii et pro suis sicut cavetur in nota superius
scripta quae de dicto Somno Jacobo facit mentionem, (Nihil superius de eodem fit mentio). Et insuper
in eadem missa in fine ultimo loci dicatur oratio Inclina in plurali pro omnibus Defunctis superius
nominatis. Quando vero missa B. M. dicatur in conventu, iungantur ad scripta aliam alteri
sacerdoti praedictae orationes scilicet Deus cui proprium pro praedictis Somno Jacobo et suis, et
Inclina pro omnibus aliis superius nominatis. Et ut numerus septenarius collectarum in ipsa
missa B. M. quotidiana non excedatur, Declaravit idem R^{mus} Pater quod possint dimitti tres istae
collectae siue duae aut una ex illis scilicet Deus a quo, Deus longior, et omnipotens Deus Christiani,
hisuper statuit idem R^{mus} Pater quod in omnibus agendis siue conventualibus siue privatis de
cetero dicendis ex debito ordinis per monachos et clericos redditus hujus domus dicatur oratio
Inclina pro omnibus Defunctis superius nominatis. Quod si alia oratio ipsa Inclina esset
dicenda, tunc dicatur pro praedictis oratio Deus cui proprium... Quod si ambae essent dicendae
ex alia causa tunc in tertio loco repetatur illa quae prior dicta fuerat. Acta sunt haec per
praefatum R^{mon} Patrem in mense julii anno Domini 1406. >

Copia recepti R^{mi} P. nostri S. Bonifacii Prioris cartusie super confirmatione praemis-
sorum anno a divinitate Domini 1409, die 25 maii.

Domnus noster Benedictus Papa 13^{us} confirmavit praedictas ordinationes per me
factas me supplicante. Datum Papiensi.

Insuper super eodem negotio ordinatio Capituli gen^{li} an. 1436 quae talis est:

46 Nos Diffinitores Capituli gen^{li} ordinis cartusie anni 1436 notum facimus
universis quod R^{mus} Pater noster S. Guillelmus Prior hujus domus cartusie nobis fecit
instantiam super hoc quod cum domus Cereice dictae domus cartusie per Capitulum gen^{li},
ante multos annos auctoritate Apostolica unita et incorporata, adeo sit firmis in funda-
tione et proventibus quod ipsum Capitulum in eadem incorporatione ad tenendum ibi
nisi tres monachos praedictam domum cartusie non obligaverit; et cum dicta domus Cereice
habeat ab antiquo multa onera spiritualia ad quae portanda perpetua est obligata pro
benefactoribus suis et aliis divinis personis quae quovis per R^{mon} Papam Benedictum
13^{um} ad instantiam S. Bonifacii quondam Prioris hujus domus cartusie aliquantulum fuerint
alleviata, necnon pro universis aliis signatis in calendario conventuali dictae domus

Corerice ante hujusmodi unionem quae per monachos ipsius domus perpetuo sunt solvenda
 et reddenda. Et licet idem R^{do} Pater Cartusiae et predecessores sui a tempore unionis citra
 consueverint ibidem tenere quatuor monachos celebrantes, et tenere intendat, nihilominus
 tamen ad tantas missas reddendas vix possunt sufficere cum aliis missis propriis ad quas si-
 militer sunt obligati. Petebat igitur R^{do} Pater noster Cartusiae ut si super oneribus praedictis
 non possumus dispensare quia non cadunt sub iudicio nostrae auctoritatis, saltem super aliis
 omnibus ab ordine imponendis in futurum, et de quibus possumus ordinare quantum sine offensa
 Dei possemus quo ad dictam domum Corerice dispensare vellemus. Nos igitur habita informa-
 tione veridica de praedictis ex nostra certa scientia et auctoritate dicti nostri Capituli generali huius
 petitioni tanquam rationi consonae annuimus considerantes quod praedicta domus Corerice
 ratione suae unionis non sit amplius de domibus ordinis de quibus loquuntur Statuta nostra
 ordinando quod quaelibet domus ordinis faciat vel dicat hoc sive illud, sed tanquam infirmaria
 vel grangia domus Cartusiae ratione unionis reputanda, dictam domum Corerice quamdiu sic
 erit unita eximimus, absolvimus, declaramus et totaliter liberamus quod ab inde in perpetu-
 um non teneantur monachi ibidem mansuri ad reddendas missas de brevibus sive fraternita-
 tibus, missas pro tricenis vel alias missas conventuales per Capitulum nostrum generale in futu-
 rum ordinandas, etiam si super annum denarientur, et si opus sit omnem defectum ratione
 huius concessionis et laxationis sive liberationis volumus suppleri in aliis bonis quae huius totius
 ordinis nostrum divina gratia dignabitur operari, volumus tamen quod propriatibus suis
 Cartusiae solvantur beneficium tam in conventu quam in privato sicut consueverunt. Hanc
 autem laxationem, exemptionem, dispensationem, semper et in perpetuum volumus valere
 quamdiu in dicta domo Corerice non sunt continue residentibus seu celebrantes. In quarum
 omnium testimonium sigilla domorum nostrarum praesentibus duximus apponenda.

Datum Cartusiae sedente nostro Capitulo generali 16 die maii anno 1436. >>

(Hartmanus de Le Courtour propria manu)

a
tra
s
si-
dicto
s
thia
ma-
huic
e
a
aria
sic
ctu-
ita
luta
re
m
s
c

Catalogus quorundam Priorum et Rectorum Domus Corderice

D. Simeon Prior

« Monachus professor majoris Cartusie cognomento De Alannesco, procebat annis 1299, et in catalogo benefactorum vidimus, et anno 1300 et in instrumento in Domu Permainie provincie Burgundie describendo videmus, Deinde revocatus a R^{do} Patre Cartusie idem, procuratorem, agebat anno 1302, et per ch. 1313 eundem, et Priori^m s^{te} Lucie in Paresio committitur questio audienda de Rodulpho quondam, Trice Allenois, Viseb et adhuc anno 1321 quo erat diffinitor Capituli generalis pro Domu Cartusie », ita catul.

D. Jacobus Mallorin Prior.

« Professor Cartusie procebat Corderice usque ad annum 1308 quo factus est Prior Domus Padule in Italia, Deinde Neapolis », ita catul.

D. Stephanus Prior.

ex 1^o catul. « Anno 1309, 15 calendis septembris cum questio vertetur inter Domum Cartusie et parocian-
-anos s^{te} Laureatii compromiserunt in virum religionis, Fr. Stephanum, Priorem, Corderice. obit
simplex monachus et constat ex ch. 1314 in qua dicitur quondam Prior », ita catul.

D. Jacobus Vetone Prior.

« Professor majoris Cartusie ab Amedeo Sabaudie comite locus, De Crocy obtinuit anno 1315. Et in cartulario dicitur adhuc profuisse anno 1321; Deinde translatus ad Domum Lucen-
-biam, cum regebat anno 1328. Unde ad Cartusiam, revocatus procuratorem, et Cordericem, idem agebat annis 1332 et 1334. Fuit forsan pater vel filius Humberti Vetone benefac-
-toris hujus Domus. Alter quoque Humbertus Vetone professor Sylve viscebat anno 1339 et constat ex charta capitulari », ita catul.

D. Jacobus de Foreysia, Prior

« Alias Joannes, procebat annis 1322, quo Amedeus Dominus Comes, die 8 maii

so

ms

ion

ss

h.

ms

ccu

bit

so

ccu

un

/ac.

Petrum orcelli, hominem suum, legimus sive deditum clientem domui Carriaco subiectum fecit. Anno 1324 idem Prior quendam bonam committere cum Ambrosia Trissina Cartusiae monialium Permenice. » ita cat.

D. Petrus Lupi Prior.

« Hic clarum tenebat anno 1325, 15 novembris. Et ab Agnone Sabaudiae comite exemptionem ab omni tributo et vectigali obtinuit anno 1330. » ita cat.

D. Jacobus de Pomeris Prior.

« Hic et Jacobus de Vis cap. procurator maioris Cartusiae nominantur in quodam instrumento dato anno 1331, 21 septembris. Indictione nona (14 vel 15). » ita cat.

D. Petrus de Donzias Prior

« Reperitur in Cartulario anno 1333, 30 aprilis et anno 1335, 2 augusti. » ita cat.

D. Guillelmus Lanfrid Prior.

« Hic mentio habetur frequentior in Cartulario ab anno 1336 ad annum 1342, quo tempore S. Jacobus de Orbezario ibidem vota emittens mense novembri redditus dedit pro vestibus de biennio in biennium dandis. » ita cat.

D. Antonius Prior.

« Hic nomen extat ad calcem martyrologii huius domus ubi annus et dies illius regiminis scilicet 1347, 1^a martii (leguntur?) » ita cat.

D. Guillelmus Pistoris Prior.

« Constat profuisse huic domui anno 1355 et sequentibus ad annum 1361 et ultra in Cartulariis. » ita cat.

D. Antonius Lacerius Prior.

« Hic anno 1365, 21 julii concordat cum curato sive pastore S^{ti} Apri. Postea domus ab ontis brachi et de ontis S^{ti} Petri. Anno 1370 Prior Carriaco fuit visitator, nec videtur alius ab Antonio Lacerio. » ita cat.

for
a

the ed.

stra

mas

lms

ad 1380. — D. Bernardus Prior

« Professus Cartusiae proest Corerice usque ad annum 1380, quo in Italiam se recepit nolens adherere Clementi 7, qui propterea per ch. ejusdem anni his verbis absoluitur: « Puerum Corerice propter fugam et cetera quae commisit absolvimus ab officio Prioratus. » Receptus vero ab Italis honorifice, apud eos conversatus est usque ad annum 1383 quo obiit, cujus obitus signatur in ch. capituli gen. celebrati eodem anno in Domo Maurbaccensi prope Viennam, in Austria sub Urbano VI: Summo Pontifice, in qua charta legitur: « D. Bernardus olim Prior Currie et monachus Cartusiae qui habet licentiam, » » Ita et al.

1380 ad 1381. — D. Guillelmus Marescalli Prior.

« Successit Bernardo institutus per ch. 1380, in qua dicitur monachus Cartusiae. Ad sui non profuit nisi denunciatus mortuus in ch. 1381. » Ita et al.

1381 ad

D. Joannes Clientis Prior

« Professus Cartusiae Guillelmus sufficitur per ch. 1381 tunc hospes in Domo Allionis, Postea absolutus in Cartusia moritur anno 1401, in cujus charta ejus obitus signatur his verbis: « D. Joannes Clientis monachus sacerdos Cartusiae obiit sexta die mensis februarii qui habet licentiam pro semel et annis et arum, perpetuum scribendum in calendariis domorum. » » Ita et al.

D. Joannes Tornerii Rector

« Incipit circa annum 1384, et sub ejus regimine haec domus domini Cartusiae ad haec est decreta Capituli gen. anni 1388, quod tale est: Domum Corerice infra terminos Cartusiae matris nostrae constitutam eidem domini Cartusiae incorporamus et unimus, antequam in ejusdem deveniat ad ruinam; Et stent ibi ultra Rectorem, administratores monachi vel plures juxta ordinationes et discretionem domini Cartusiae Patris nostri. Et istam unionem facimus vigore privilegiorum Domini Papae Gregorii undecimi, et de consensu et voluntate conventus Cartusiae. » in margine additum est: « R^{mo} Pater Guillelmus Prior Cartusiae anno 1398 6 nov. nominatur Rector et administrator domus Corerice ubi tantum erant 4 monachi, videlicet D. Obertus de Navarchia, D. Guido de Prescario, D. Guillelmus Scaterii et D. Stephanus Tornerii qui dicuntur monachi et claustrarii domus Corerice. » Ita nota in margine

Ab eo igitur tempore haec domus regimini R^{mo} Patris Cartusiae remansit subiecta,

Au crayon e liste envoyée par D. Cyrien M. Bontrai à l'abbé Bellot (lettre du 26 mai 1811) - [Dans les
papier de M^r Bellot, donné par l'abbé Esnau, annuaire de Corne] -

Guil. Marscalli, dernier Paieur. + 1381.

qui Rectores ad hunc librum instituit et destituit monachosque illic committit et revocat ac denique omnia disposuit, nulla servata Capituli generali auctoritate. Et in chartis Capituli generalis a prefato anno 1388 nullum locum haec domus habuit, nulla facta mentione Rectoris, unde Rectores non habuimus praeter eos qui denunciarentur mortui in dictis chartis.

Profatus Rector (Thomas Romini) absolutus moratur in cartusia usque ad annum 1398 quo per ch. instituitur Prior Calchi ubi obiit signatus in ch. 1408. Post eum nullum reperimus usque ad annum 1463.

Anno 1464 domus cartusiae inferior in parillas redacta fuit, quam Molinus putat esse hanc domum; sed ex chartis et ex chronica cartusiae constat esse domum inferiores quam vocamus la Courrie, de qua in cendio alibi diximus. » Ita et al.

D. Hartmannus Rector

« Profatus cartusiae hanc domum, rexit per aliquot annos et reversus cartusiam ibidem moritur anno 1462, 23 sept. ex ch. 1463, » Ita et al.

D. Guigo de Cornisio Rector

« Primus profuit domui Sellionis anno 1416, deinde monialibus Salutarum circa annum 1437 actandem corerice in qua decessit die 2 martii signatus in ch. 1483. » Ita et al.

D. Petrus, Rector.

« Hic anno 1496, die 18 martii et sequentibus cum Guidone monacho cartusiae visitavit domum calchi ex speciali mandato R^{di} Patris, ad cuius Rectoris relationem, Prior Calchi fuit postea absolutus. »

D. Petrus Charneti, Rector.

« Forte idem qui proceerat anno 1496, obiit in solitudine in domo cartusiae mox profectio- nis die 24 nov. et signatus in ch. 1535 in qua dicitur quondam Rector corerice » Ita et al.

D. Georgius Santarelli Rector

« Profatus cartusiae Rector hujus domus per aliquot annos deinde factus solitarius in

D. Hartmannus

D. Guigo de Corvesio

Guigo de Corvesio (+ 1463).

Joh. Berardi.

Petrus Roberti. 1511. (fut acceus pendant 47 années).

Petrus Charreti. 1534.

Cartusia Defunctus est 17^{to} februarii ex ch. 1562 olim procurator Cartusiae in obedientia Villardi
de catal. — 1548, 29^{to} Julii D. Andreas Charnoti. ^{atq. de ch. 1569 obiit D. Andreas Charnoti} Rector Cartusiae prof. 15^{to} D. Major
2^{to} cartusiae qui obiit 18^{to} Julii, p. p. t. o. nich
1548-1553, 28^{to} Junii D. Humbertus de Rua Rector. ^{et amicus p. p. t. o.}

« Professor Montis Rivi, Prior quondam, Vernoe, deinde Vicarius Pratinollis, et Prior Montis
Rivi ac Vicarius Salutarum, unde videtur institutus Rector Ceneriae circa annum
1546, in quo officio obiit die 28^{to} Junii anni 1553 ex ch. 1554. » de catal.

D. Antonius Eymari Rector.

« Professor Cartusiae obiit in Rectoratu anno 1562, die 11^{to} Junii designatus in ch. 1563. »
de catal.

D. Gaudius Sarget Rector

« Professor Cartusiae in qua obiit tunc Correnus quondam, anno 1576, die 26^{to} Octobris
ex ch. 1577 in qua dicitur quondam Rector Calesii et Ceneriae. » de catal.

1571. — D. Joannes Machonis Rector.

« Professor Cartusiae ex Rectore hujus Domus fit Prior Pomerii per ch. 1571, ab ipsa
de 80. » de catal.

1576. — D. Nicolaus Galliani Rector.

« Professor Cartusiae obiit in Rectoratu anno 1576, die 11^{to} Martii habens annos p. p. per
Rat. ordinem assistent.

D. Bertonus Alverius Rector

« Professor Cartusiae obiit anno 1593, die 19^{to} Sept. alias Prior Aweriae, Vicarius
Pratinollis et Rector Ceneriae ante annum 1584, ut patet. » de catal.

D. Gerardus Janvier Rector.

« Hic Rector anno 1588 quo fuit capituli gentis Diffinitor pro Cartusia. Quis obiit signatus
in ch. 1593, in qua dicitur obisse missus pro negotiis Domus Cartusiae nec professionis
27^{to} Oct. 1592 habens annos universim, sed tunc non erat Rector. » de catal.

D. Petrus Dreux - Rector

« Professor Cartusiae profuit monialibus Politanis ab anno 1598 ad annum 1598

Andreas Charnati - 1548.

Georg. Santerelli. 1562.

Nicol. Galliani. 1576

Berthonus Almerius - 1593 -

Petrus Drenx - 1637.

~~fuit~~ Rector Cantuariensis 1599, Majoracen. 1600, Bonae fidei 1605, Prior Americae
1606 et Bellionis 1608. obiit antiquior Cantuariensis et signatus in ch. 1638 in qua
dicitur etiam quondam Rector Curiae ^{reprobatum per ch. 1604} ita et al. prior Bonae fidei. —

ad 1605. — D. Michael Boudet, Rector

« hic Rector Curiae factus est Prior Jomari per ch. 1605 » ita et al.

D. Joannes le Roy Rector —

« Profusus Cantuariensis, primum Prior hydrae benedictae ab 1598 ad 1601, quo fit Prior
Patris castri, deinde Vallis St. Georgii et Vicarius Borbonensis. hic Rector anno 1681
quo fit Diffinitor pro Cantuaria sicut et anno 1623 et per ch. 1625 factus est Prior Basse-
ville, ubi obiit 6 augusti 1629. et ab ista plenam monachatum » ita et al.

D. Basilides de la Warde Rector

« Profusus Cantuariensis et Rector Curiae et Diffinitor Capituli gen^{lis} anno 1636 et 1639.
Et anno 1644 erat Vicarius Cantuariensis. De eo iterum infra » ita et al.

D. Joannes Julianus Hazet, Rector —

« Rothomagensis profusus Cantuariensis Prior Bellionis 1638, Rector Curiae anno 1641 et
1642, quo fit Diffinitor pro Cantuaria et per eandem chartam factus est Vicarius Bonifacius
deinde Prior Intus B. M^{ae} et Vallis Clarae, ubi obiit denunciatus in ch. 1667 » ita et al.

D. Gregorius Rector —

« hic est Rector anno 1646 » ita et al.

ad 1650. — D. Basilides de la Warde Rector —

« Augiensis profusus Cantuariensis anno 1594 die 6 februarii, alias ejusdem d^{is} Vicarius, Rector
Curiae, R^{oi} Patris Hieronymi Marchant cognatus et sedulus imitator, benignitatis ac humilita-
tis exemplum ad Christum abiit die 27 julii 1650. Nostrum in Rectoratu Curiae
et antiquior Cantuariensis, signatus in ch. 1651 » ita et al. —

D. Grégoire de Plessis. + 13 mars 1645.

Basile de la Ward. 1656.

ad 1673. — D. Jacobus Ruoff Rector

« fuit Rector annis 1652, quae fuit diffinitio pro castusia sicut et annis 1653. 55. 57. 1663. 65. obiit in Rectoratu et antiquior Castusiae anno 1673, 21 novembris postquam 56 an. laudabiliter vixit et in ordine ut habetur in ch. 1674 in qua signatum mortuus cum missa de B^{te} M^{ae} per totum ordinem.

De huius religiosissimi Patris sancta admodum conversatione V. P. L. Urbanus Molanchar Prescriba Cantusiae majoris fuisse post ejus obitum scripsit; huius verba de gallico in latinum sermonem datus.

Experientia constat plus homines oculis quam auribus credere, breviusque iter et efficacius esse ad virtutem, per facta quam per precepta; Pudet enim generosum pectus non posse, quod multi alii potuerunt. Unde summus rerum humanarum moderator idcirco viros prostantes suscitavit, qui resercentem religiosam familiarem rigorem, renovant exempla potius quam verbis. Inter hos homines nominatissimos jure merito recensendus est Jacobus in quo primores a Patrum nostrorum, revixit auctoritas. Id est quam venerandae memoriae V. P. D. Joannes Chaus et Scriba Capituli generalis solebat appellare Castusianum, ex antiqua illa rupe, ex qua prisca fundatores nostri prodierunt, exiit unus. Innotuit est in exemplum, in quod respicere debent primigenii spiritus studiosi. In deserto videbant hominem, mirae simplicitatis et innocentiae, nihil de carnis prudentia, nihil de seculo, et iis quae seculum sapienter retinentem, nec curis cupidum, ut Deo fieret notior, nihil de se nihil de iis quae circa se erant sollicitum, corporeum, denique angelum, corpore quidem, inharentem, terrene spiritu vero jugiter conversantem in celis. Patria germanus erat ex Haguenensi urbe in Alsatia honestis parentibus oriundus. Iam tunc a puero futurae sanctitatis indicia dedit non exigua; etenim abhorrebat ab iis vitiis quae plerumque lubricum, sequuntur adolescentum, cetatem, studiosae Declinans aequo liberorum, cetus pravaeque consuetudines ne a virtutis deflecteret tramite. Cum primam cetatis partem in innocentia decurrisset, se servans a seculo immaculatam, ut ipse me cuiusdam amico passus est, in eundem vitae religionem cepit converti, dumque dubius haereret quidnam Institutum restaretur ipsi; dei voluntas innotuit, miro quodam modo videtur arcano. Incidit in ejus manus forte fortuna a majoris Cantusiae descriptio, quam statim ad delegens huius aseterii videndi desiderio exarsit. Nec mora, pedes aggreditur iter peregrini vestem, superinduat. Pulsat ad monasterii fores cui per id temporis, anno videlicet 1616, praeserat S. Bruno d'Affringes, petit ut sibi liceret alloqui Cenobiarum. Hunc janitor sponte durius excipiens ipsi ducit ad cellam R^{ti} Patris, ad quam, ut dicebat, plebeii

Jacob Ruoff. 1673.

homines de infima sorte non ingrediuntur. Ille post in acies ostium rogans obtestatur se inde
non recessurum, donec cum superiore sermonem aliquem contulerit. Jacobi precibus fatigatus
junior monuit R^{dm} Patrem ad fores domus importunum stare peregrinum, qui petit instantissime
conspicere et offlata ipsius pui; alioquin jurat se ad janam, ac ceteri remanserunt, quoad usque
notificat compes. Hoc audiens summus ordinis Praeses jubet sibi hominem hunc adduci, audiensque
quod tam longum difficileque iter suscepisset ea tantum mente ut inter cartusianos adscriberetur,
tacitusque considerans optimam quae in vultu peregrini elucebat, indolem, candorem, animi et prole-
darias naturae illius dotes, annuit lubens ipsius votis. Tunc ille in gratiarum actiones effusus
rogavit R^{dm} Patrem, ut cum bona ejus venia liceret sibi remeare in patriam suam, quo minus
rebus consulere. Quae petitione acquiescens Cartusiae Prior subjunxit: moram concedo, ea tam
lege ut eos ^{non?} imitaberis qui ad patris Lares Diem revertendi postulantes, nunquam postea in hac
urbe comparuerunt. Ad haec verba bonus vir innata germanis ingenuitate, admotus adfectus
monui respondit: ne ea quidam, R^{do} Pater, pro me promissa me condicto tempore rediturum. Nihil
promissio, brevisque interjecto dierum spatium longe melius quam antea instructus se sistit R^{do}
Petr. D. Brunonem D'Affringes, cui et Ordini Iacobus nomen dedit, adjecit numerum pecuniae summam
quidam mille librarum. Verum obtulit semper cum interrogabatur ab aliquo quidam Donum
magis Cartusiae, ne de his in antea gloriari videretur. Vix septem annis emiserat eum, a R^{do}
Patre electus est ad novitiorum educationem, quippe qui jam omnigenae virtutum instructus, et regu-
laris observantiae tenax, hoc dicens ad praestantiora excellentiorem illis, quae ad Deum pergerent
viam, periebat. Dum tyronibus antecedit suam luce virtutum ex alio in hoc ministerio
annis, mittitur Fratribus ad adiutoris officium, obiturus. Illi die vixit imolans, cum enim
motu religiosis iam diceret quid Germanos se largis oculis, cum a choro et audi hospites, ingurgi-
tare, a qua etiam peruersa consuetudine monachi non sunt immunes, neolestissime perens
ad patrios mores, a quibus jam dudum discesserat, revertere cogitationem atque etiam, Cartusianis
vetus moderatorem rogavit, ut alio cum ipsius licentia migraret. Ex auditus est pro sua reve-
rentia a summo Ordinis Praefecto, qui non exploratum habere viri probitatem, et castitatem
vitam ipsam instituit in Molhem vicarium; verum cum inter eas gentes ibi degeret,
nihil quae haberet antiquius quam procul a patria suam operari salutem, ita opportune importune
egit quid Brunonem D'Affringes ut ad diligenciam secesserit ad motus officio procuratoris.
Vix quatuor aut quinque menses transierat in hoc munere, cum portuosus rerum temporalium
administratione ad solitudinis quietem antelans se abdicavit officio missus ad bellonem

lit
ing
del
2
an
L
io
ing
gi
nd
nis
ve
s
tune
un

Cartusiam. Nec hic subicendum, existimo in Jacobi nostri summa modificationis argumens, quod cella quoniam ibidem incolebat tam humida et insalubris esset ut saepe saepius totum interioris cubuli pavimentum aquis operiretur, adeo ut tabulam in ponticuli modum sternere cogeretur, hoc quam ex loco ad lectum, sicut pedibus posset pergere. Sed habuit de hoc sensus tantum, Priorum sollicitudo non misit. Verum cum superior sine oblivione sine negligentia remedium, haec incommodum non attulisset, religiosus pater in hac aquosa mansione stetit, ne verbum quidem, quod malum hoc indicaret, prolato, donec contracta ex loci indementia ischiade, jam factis membrorum inflexis alaribus periculis niti ad ambulandum coactus sit, quam ob causam, demigravit in Amerinam, ubi cum aliquandiu hac infirmitate laborasset tandem ab ea convalescit.

Insuper, nobis hactenus fuit temporis spatium, quo remansit Jacobus ricotus in Amerina, an interpolata fuerit ibidem, ejus commemoratio nos patet; constat saltem, illam semper abhoruisse ab officiis, dignitatibusque utpote periculosas declinasse; Quapropter oblatus sibi catucae Waldensis Prioratus a R^{do} Patre D. Leone Sixto constanter recusavit, non modo honorem spernens, sed vir vere humilis metuens honorari. Unde summas Ordinis Praesens sciens illum a profectione gerenda prorsus esse alienum, noluit virum Dei constiteri, neque ipsum admoveere muneribus Prioris et Visitatoris. Venerandus hic et religiosus Pater dicere solebat monachum Ordinis dignitates ambientem, nullos unquam in Religione progressus facturum, nihilque boni penitus ab eo expectandum esse, cuius atque saepe saepius ab ipsis suae conversionis crepundis combilisse illum, profectionis horrorem et timorem.

Ipso illo tempore quo Amerinam incolit se vivens, Cartusiani numeris omnibus absoluti praebebat exemplar; vir erat candidissimus, sincerus, sine fastu sine pulo, effusus in omnes charitatis, tanta in omnes affabilitate, humanitate et misericordia praeditus, ut in hoc uno peccasse videretur, quod nimis esset bonitatis.

Itaque rigidae paupertatis fuit sectator ut canonicis foras ad ligna in camino instruenda nunquam sit usus, nec multis alibi annis candela, aut lucerna in cella per noctem accenderit, multa lectione se per diem muniens, quam mentem suam in tenebris reflexit. Omnia cellulae ipsius utensilia paupertatem clamabant, nullas praeter a Statuto concessas vestes admittibat, easque detritas et viliores quas nunquam permittibat abluere, neque etiam suas idones, veritus ne frequentiori lavio detererentur, Tonsuram quoque cotabat tunicas ut contracta ex immunditie foeda pedum examina propius, ipsius excederent visum, idcirco

3

e

2

4

d

5

bc

3

az

1

numquam, multo alio vestes quo molestum hoc supplicium sibi conciliaret. Unde cum R^{do}
Pater X. Joannes Pegon, tribus aut quatuor ante Jacobi mortem annis audisset ipsi unum apud
his confici misit chirurgum, et pharmaceum, Casturiae ut senem venerabilem, emundarent. Unus
eorum testatus est Jacobi tunicellam, tot his pedis vermibus fuisse repletam, ut ne vel minimus
locus ab eis vacuus appareret. Interim egre admodum sordidam dimisit vestem, et nisi inter-
positum fuisset R^{do} Patris mandatum, nunquam patribus acquiescisset. Verum nihil de solita
paupertate detrahens, paulo post statim hoc spurco vermium genere sicut antea confectus est.
Quamvis autem, die nocteque Jacobus cruciaretur in hunc genus sibi lectum frigere potest modum,
semper tamen serenus apparebat et secundum faciem sanctorum. Benignus erat aliis et
affabilis, dum sibi soli dures et immitis inpropiandis desideriis faciebat satis, prolixo hocce
in artificio sine intermissione vacabat. Ipse se ad viles quoque munia demittebat, omnia
charitatis officia infirmis exhibens non solum monachis sed etiam domesticis, adeo ut potius
cibumque eis ministraret affectu plane paterno.

Hoc asperioris vitae studio ciborum cupiditas omnes rejiciens agrestiores escas et acerbiores
appetebat. Die quidam V. P. X. Thomas Rouleley Ordinis scriba in ejus cubiculo ad erat,
dum ei prandium ministrabat, vidit quod appositum vinum recens in lagenam, ubi potus
nunc residuum colligebat infunderet, stupentem Thomam ad insolitum potationis insuavis genus
(ipso enim aceto erat acerbior) invitavit ad bibendum; rei facturus experimentum, sicile
scaphum accepit, quem obsecro, minimum ne primoribus quidem labris valuit attingere.

Obsecro imprimis victabat ut ab utraque ad delicias, cumque aliquando relatum fuisset
medium, dixisse hujusmodi escas esse nocuas ac insalubres effecto sermone respondit; ego autem
certum habeo has mihi esse admodum salutares. Quamvis esset et aetate multum provector
innumerasque gravaretur morbis praescripta nihilominus ab Ordine ejusmodi servabat religi-
osissime, nunquamque digi potuit ab ova feris sectis, statisque temporibus quibus ab eis abste-
nemus, comedere. Cavebat imprimis ne quod aliis denegabatur sibi erogaret attendens
ad haec Ecclesiastici verba: Rectorem te ponemus, noli extolli, esto illis quasi unus ex
ipsis; unde abhorrabat a singularitate, studens in iis quae circa se erant aliis assimilari.

De morte tulit quod cuiusdam monachi cellula de novo restauraretur, cupiebatque ut
primosque paupertas in testis cerneret, et asperitas reluceret, praeterea omnium, ad huc illic
riget et conficitur, non sine intuitum admiratione.

Habebat quidem famulum qui illi ministraret, verum in nullo ejus opera utabatur.

[Faint handwritten notes are visible along the left margin of the page.]

visi ad hortulani cultum, et ad alia quibus videtur abbat consuerudine, nunquam autem permittit
ut puer ille lectum componeret, bajulusque ^{hunc} ferret pistorie. Hanc etenim, Iacobus noster
sicut et ceteri per claustrum fenestellam recipiebat. Osor erat maximus monachus, rituumque
secularium, adeo ut si quis ageret cum eo nimis officiose his verbis increpare soleret: Ad quid
ergo monachum induimus, eximusque seculum? Si magis hisce ac ineptiis occupamur. Dum
iter faceret volebat ut suis famulus secum eidem mensae assidens isdem etiam vesaretur et eis
multa alia ejusmodi faciebat pater non ex animi stoliditate sed ingenti mihi ipso despicentia.
Deinde, proclariis enim erat naturae donis instructus et natus ad maxima quoque ordinis
obsequia munia, nisi prope incredibilem humilitate se peripsum omnium existimasset. Aer et
fecundo erat ingenio, nato admodum judicio pollebat, tenax erat memoria, multis instruc-
tus litteris, adeo ut D. Joannes Chauset scriba ordinis lucebantur, de Iacobi eloquentia testimo-
nium perhibens diceret se novisse neminem apud nos qui compitiori, elegantiori que stylo
scriberet. Insuper erat in rerum spiritualium cognitione versatissimus, verbis omnium suorum
